

Homo liber dicitur qui sui ipsius et non alterius gratia est
 Humana natura multipliciter est acilla tam ex parte anime quam corporis.
 Secundum synodum solus deus habet honorem et sapientiam .i. metaphysicam
 Divinum non invidet **U**ltra mentiuntur poete.

Nulla scia est nobilior et melior metaphysica. quia ipsa est maxime
 divina: cum sit de deo. etiam quia deus maxime habet eam versus aliena
 cessariores sunt hominibus. dignior vero nulla
 Deus videtur esse causa omnium et principium quoddam.

Tunc unum quod scire arbitramur cum prima causa scire putamus
 vel cum causas eius cognoscimus

Quatuor sunt cause. scilicet materialis: formalis: efficiens: et finalis
 In fundamento nature. id est in materia prima nihil est distinctum.

Commentum. Materia prima nullam formam habet omnino
 nec vlem nec particularem. sed recipit primo formam vlem et median
 te illa recipit omnes alias formas usque ad individuales

Item commentator. Species non est forma tantum. sed etiam quid
 aggregatum ex materia et forma

Item vlem non habet esse nisi secundum quod est in anima

Sequitur autem .iiij. libri metaphysice Aristotelis

Sicut se habet oculus ad noctivora et ad lumen solis vel diei. sic
 se habet noster intellectus ad manifestissimam naturam ad deum
 et ad substantias separatas et ad naturas rerum subtilium

Non solum his dicere gratias iustum est quorum opinionibus aliis com
 munit. sed etiam his qui superficialiter enunciarunt quia huiusmodi proferunt alii
 quod habitum nostrum preexercitati sunt

Uocando philosophiam sciam veritatis recte se habet

Finis scie speculative veritas est practice vero opus.

Utrum nescimus sine causa

Quicquid est causa aliorum ut tale: illud est maxime tale. ut ignis qui est maxime
 tale. quia ignis est causa caloris aliorum. ideo ipse est maxime talis

Illud quod est causa quare alia sunt vera: illud est verissimum.

Unum quod sicut se habet ad entitatem: sic se habet ad veritatem

In nullo genere causa convenit ire in infinitum sed semper est deveni
 re ad aliquid quod est primum in illo genere. unde convenit devenire ad
 primum finem: primam materiam: et primam formam

Primum est quod posterioris Generatio unum est corruptio alteri

Generatio est medium inter esse et non esse.

Dupliciter dicitur aliquid fieri ex alijs. vel quod ex puero fit vir. ex aurora dies. vel sic. ex aere fit aqua et vlt ex incompleto completum

Impossibile est principium sempiternum ex quo fit generatio corrumpi scilicet materiam primam

Qui infinitum agunt naturam boni latenter auferunt. ex quo habetur quod finis et bonum aueruntur

Nullum agens naturale siue intellectuale ab intentione finis absoluit

Infinitum non est scibile

Quicquid intellectus intelligit ipsum prius scit

In omni eo quod mouet necesse est intelligi materiam.

Tunc scire putamus rem cum causis eius cognoscimus.

Auditiones contingunt secundum consuetudines mentium

Sicut consueuimus ita dignamur loqui

Consuetum semper notius est

Quantam vim habeant quae consueuerunt leges ostendunt

In quibusdam fabularia puerilia magis valent propter veritatem conseruandam.

Absurdum est simul habere sciam et modum sciendi

Commenta. Comprehensio veritatis non est impossibilis in multis rebus. et hoc ideo quia nos habemus desiderium naturale ad sciendum veritatem

Nihil est ociosum in natura

Principia se habent in scia sicut ianua in domo quam nullus ignorat. quod aristoteles nostrum intellectum afficit in intelligendo subiecta separatas oculo respicientis. non tamen in impossibilitate demerit sed difficultate

Nullus potest inuenire scias speculatiuas et practicas in maiori parte. quod non complent nisi per iuuamentum prioris ad subsequentes. et si prior non fuisset subsequens non esset

Prima causa est magis digna esse et veritate quam alia omnia. quod omnia entia acquirunt veritatem esse a prima causa

Qui destruit finem destruit omne bonum et nihil precipit

Consuetudo audiendi a prologos et fabulas magnus est impedimentum in cognitione veritatis

Ars logice est quedam utilis via in omnibus scientijs. et modo sciendi in vnaquaque scientia